

pluribus vicibus, & quocumque temporis cursu, etiam longo, & longissimo, ac, ut pretenditur, immemorabili, etiam cum fama asserti privilegii quomodolibet demandata.

Transgressiones Sac. Can.

§.8. Necnon quascumque transgressiones, & excessus contra dispositiones sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum universalium, præsertim Lateranen. sub Alexandro III. Generalis nuncupati sub Innocentio III. Viennensis sub Clemente V. Lateranen. ultimi sub Leone X. fel. rec. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, seu Tridentini a quibuscumque, & ex quibusvis causis quomodolibet, & quancumque factas in præjudicium Sedis Apostolicæ, sive jurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum, earumque bonorum, seu fructuum etiam effectum, ut præmittitur, de facto sortitos, & inde sequuta quæcumque.

Prorogationes gratiarum.

§.9. Item quascumque prorogationes, extensiones, protractiones, seu perpetuationes, quarumcumque gratiarum, concessionum, & investiturarum a Sede Apostolica, vel a Prælatibus, seu Rectoribus Ecclesiarum inferiorum quancumque hætenus factarum ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam finitas, vel extinctas, sive ad certum tempus jam elapsum, pignorationumque, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac dispositionum quarumcumque de Civitatibus, Terris, Dominis, Castris, locis, & bonis etiam feudalibus, vel jurisdictionalibus, ac juribus ejusdem Sedis Apostolicæ, vel Ecclesiarum inferiorum, a quibuscumque quantumlibet, ut præmittitur, qualificatis quancumque præsentia, etiam executioni demandatas, & quocumque temporis cursu continuatas. Necnon reliqua omnia quocumque, & qualiacumque eidem Sedi Apostolicæ, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, earumve juribus, bonis, & fructibus quomodolibet præjudicialia, per quoscumque sufficienti, & legitima facultate apostolica non munitos, facta, gesta, & respective perpetrata cum omnibus, & singulis quomodocumque inde secutis, & quocumque tempore longissimo executioni demandatis, ac observatis, fuisse, & esse ipso jure nullas, & invalidas, ac nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti, indebitaque, & illicita, ac de facto præsumptas, & præsumptas, nullumque præjudicium eisdem intulisse, nec inferre unquam posse, illasque, & illa ex quocumque temporis cursu, nec etiam ex quacumque præsentia observantia quantumlibet diuturna, longeva, longissima, seu immemorabili, etiam cum fama præsentis privilegii apostolici, ac etiam juncta quavis scientia, conniventia, tolerantia, taciturnitate, facultate, & permissione etiam ex actibus positivis non

legitimis resultantem Prælatorum in Ecclesiis inferiorum, Legatorum, Nunciosorum, & aliorum quorumcumque Ministrorum Apostolicorum, ac etiam respective quorumvis Rectorum, & Gubernatorum, aliorumque predictorum, etiam Feudatariorum, etiam Sedis Apostolicæ, ac Baronum, cæterorumque jurisdictionem quomodolibet exercentium, ac forsan Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & nostra, nequaquam fuisse hætenus, nec in posterum fore approbata, convalidata, neque respective prorogata, extensa, protracta, vel perpetuata, minusque inde aliquam approbationem, vel præsumptionem alicujus beneplaciti apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut præscriptionem in aliquo etiam impediendo, imponente, exigente, attentante, vel respective occupante, usurpante, vel transgrediente, aut quomodolibet continuante, nec in quocumque alio potuisse, nec unquam posse resultare, vel induci respective in Sedis Apostolicæ jurisdictionis, immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, earumve jurium, ac bonorum, & fructuum præjudicium, talemque præsumi fuisse semper mentem, & intentionem Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, predictorum, ac respective nostram fuisse, & esse quovis modo prædicta, & quæcumque alia præjudicialia nunquam approbandi, seu confirmandi, nisi de præsentia approbatione, vel confirmatione apostolica constiterit ex prædictis registis apostolicis, vel alias juxta formam prædictæ alterius Constitutionis nostræ. Quinimo omnia, & singula præjudicialia fuisse a sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Conciliis, etiam universalibus, præsertimque a prædicta Bulla in Coena Domini legi solita respective reprobata, ac damnata, prout etiam ad abundantiorum cautelam tenore præsentium reprobamus, & damnamus, beneplacitæque Apostolicæ per Prædecessores nostros, & per Nos hætenus denegata fuisse declaramus, sicut etiam harum vigore denegamus, & quatenus foret opus, omnia, & singula præjudicialia prædicta, omniaque alia, si qua sunt, irritamus, & annullamus ac respective revocamus cum inde secutis quibuscumque, præsertim intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, & observantiis, ac usibus, & consuetudinibus quantumvis longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii Apostolici, quas, & quæ illicitas, & illicitas, irrationabilesque, & irrationabilia declaramus, ac pro reprobatis, illicitis, irrationabilibus, irritis, & annullatis perpetuo haberi volumus, decernimusque, & damnamus; ita quod in posterum illa, & illæ non possint unquam in judicio, nec extra judicium a quoquam quomodolibet allegari, deduci, probari, nec ab aliquo admitti ad quemcumque effectum, & quatenus opus foret, adversus illos,

illos, & illa, ac alia quæcumque quomodolibet præjudicialia harum serie eandem Sedem Apostolicam, Romanamque Ecclesiam, & Ecclesias inferiores, ac personas Ecclesiasticas quascumque plenarie, & plenissime ex iustis causis Nobis benevisis, ac si talia nunquam extitissent, in integrum, & pristinum, in quo antea erant statum, restitimus, reponimusque, ac reintegramus, præjudicialiaque hujusmodi, ne imposte perpetuis futuris temporibus fiant, etiam interdiximus, & prohibemus.

Dimitte quodam abusus circa provisiones Ecclesiarum Cathedralium ex incuria Officialium S. Apost.

§.10. Insuper cum etiam Nobis innoverit, quod aliquando in provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Primatialium, & Patriarchalium, aliisque gratis, & dispositionibus apostolicis fuit ob incuriam quorundam Sedis Apostolicæ, seu Romanæ Curie Officialium inadverte enter in præjudicium liberæ provisionis earum narrata, vel etiam forsan de facto admissa præsentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet, ut præmittitur, qualificati, absque eo quod de ejus jure præsentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset, & aliquando prædicta, seu alia eidem Sedi Apostolicæ narrativa præjudicialia fortasse in præsenso Ecclesiarum ultimo statu fundata extitit, etiam si de contrario statu, aut alias de libera provisione, etiam per literas erectionis, aut alio modo appareret, seu constare posset; aliquando etiam in provisionibus Ecclesiarum pro cultu divino, & ipsarum Ecclesiarum felici gubernio apponuntur diversa decreta, quæ per obitum provisorum, vel alias asseruntur expirasse, cum nihilominus perdurare debeant, donec fuerint adimpleta.

Item circa facultates & gratias Regibus, Principibus, & concessas.

§.11. Quandoque etiam in concedendis facultatibus, indultis, seu aliis gratis, per Sedem Apostolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebuspublicis, seu Dominis, ac Feudatariis quomodolibet qualificatis, ac speciali expressione dignis concedi solitis, in quibus juxta antiquum stylum erant prius habenda literæ declarationis, & promissionis per privilegiatos scribenda Papæ concedenti, quibus ipsi petentes facultates, & privilegia, se e converso obligare debent pro observatione, & conservatione quarumcumque immunitatum, libertatum, & jurium Sedis Apostolicæ, Ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum, ac bonorum ecclesiasticorum quorumcumque, & tamen illis literis non receptis fuerunt concessæ facultates, indulta, & gratiæ apostolicæ præfate, etiam absque aliquo onere illas intra aliquod tempus scribendi, & eidem Sedi præsentandi, immo etiam aliquando Officiales Camera Apostolicæ, sive notitiam jurium, & scripturarum Camera non habentes, seu memoria non retinentes, vel alias expediverunt, sive expediri a Romanis Pontificibus, seu etiam a Nobis fecerunt, vel permiserunt vigore conventionum, concordatorum, transactionum, & compactorum cum Sede Apostolica initorum.

quasdam gratias, facultates, seu concessionem, & privilegia, uti debitas, ac debita, cum tamen conventiones, concordia, & pacta, tunc per obitum personarum, vel alias quomodolibet, etiam ex lapsu temporum saltem in ea parte cessassent, seu expirassent, quæ omnia, eorumque singula, etiam præsentantur in magnum ipsius S. Sedis redundare detrimentum.

Præfatas narrativas seu aliter errorneas declarat.

§.12. Idcirco motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus præsentium literarum tenore præfatas narrativas, enunciativas, seu asseriones quomodolibet eidem Sedi præjudiciales factas, seu admittas, ac respective eandem facultatum, indultorum, & gratiarum apostolicarum concessionem, ac literarum expeditiones factas non expectatis, nec receptis literis ipsorum privilegiandorum; concessionem quoque in vim conventionum, & pactorum quomodolibet expiratorum fuisse, & esse erroneas, erroneque respective expeditas, nullumque propterea, cum non sit æquum, ut error veritati prævaleat, intulisse, nec inferre potuisse, neque in futurum posse, præjudicium Sedi Apostolicæ, ac statui Ecclesiarum, statumque ultimum ipsarum Ecclesiarum, & respective Civitatum, Terrarum, Dominiorum, Castrorum, & locorum, jurisdictionalium predictorum, & quarumcumque facultatum, gratiarum, concessionum, aliorumque jurium Sedis Apostolicæ, & Ecclesiarum inferiorum non fuisse, nec unquam esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu, vel initio constat, modo, & forma præmissis pariter declaramus, ac decernimus, & respective omnia præjudicialia tollimus, & irritamus, ac decreta in provisionibus prædictarum Ecclesiarum apposta non expirasse, nec expirare, sed donec adimpleta fuerint, vigere, & in sequentibus censeri repetita, etiam declaramus, sicque impostorum perpetuo observari volumus. Et quatenus unquam contingeret, tam super præsentium literarum, quam super quarumcumque concessionum, facultatum, indultorum, gratiarum, ac dispositionum apostolicarum in favorem Imperatoris, Regum, Principum, Rerumpublicarum, Dominiorum, Nationum, Provinciarum, seu Regnorum per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & per Nos concessarum, seu alias a Sede Apostolica emanatarum interpretatione, vel declaratione hesitari, vel dubitari, tunc omnibus, & singulis cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, ac dignitatis etiam Ecclesiasticæ existentibus, etiam quomodolibet, ut præmittitur, qualificatis, etiam regularibus cujuscumque ordinis, instituti, congregationis, ac societatis, de quibus individua expressio faciendi foret, quamlibet interpretationem, ac declarationem sub majoris excommunicationis latae sententiæ, ac nullitatis omnium generalium poenis eo ipso, etiam nulla facta declaratione, incurrendis prohibemus, & inter-



interdicimus, & quamcumque declarationem quomodolibet necessariam, seu opportunam desuper quodcumque faciendam dumtaxat Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris canonicè intrantibus perpetuo reservamus, & ante factas declarationes hujusmodi volumus presentes nostras literas, & quascumque gratias, concessiones, ac dispositiones apostolicas prædictas intelligendas esse ad litteram, prout jacent.

*Clausula hujusmodi Consi. præservariis apponit.*

§.13. Præsentibus quoque literas, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis nullatenus concesserint, & ad ea vocati, citati, vel auditi non fuerint, minusque causa, propter quas eadem præsentibus emanarint, deducta, verificata, seu alias sufficienter, aut etiam nullo modo justificata fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis, quantumlibet magno, inexcogitato, & substantiali defectu, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine resultante, sive præscriptionis etiam quadraginta annorum, & immemorabilis, ac enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, vel prætextu, etiam in corpore juris clauso, seu ex quacumque causa, & occasione, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimens foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad vias, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu proprio, & alias quomodolibet concedi, aut sic impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud minime posse, sed easdem præsentibus semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari.

*Clausula sublata etc.*

§.14. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, Clericosque Præsidentes, ac Cameram, & quovis Sedis, & Camere prædictarum Ministros, & Officiales, necnon S. R. E. Cardinales, etiam Vice-Cancellarios, Camerarios, ac etiam de latere Legatos, ejusdemque Sedis Nuntios, ac quascumque Congregationes etiam specialem expressionem requi-

rentes, etiam quoruncumque S. R. E. Cardinalium, & Prelatorum, & quovis alios quacumque auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, semper, & ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, similiter decernimus.

*Clausula derogatoria.*

§.15. Non obstant. præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis tam generalibus, quam specialibus, etiam in Conciliis universalibus editis, & quatenus opus sit, regula nostra nostra de non tollendo jure quæsito, & fel. rec. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri de gratiis qualescumque interesse Camera Apostolicæ concernentibus infra certum tunc expressum tempus in eadem Camera præsentandis, & registrandis, itaut præsentibus nullo unquam tempore in eadem Camera præsentari, seu registrari necesse sit; Necnon quibusvis conniventis, tolerantis, consensibus, taciturnitatibus, permissionibus, usibus, consuetudinibus etiam longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama Privilegii Apostolici, ac statutis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, indulgentiis, concessionibus, licentiis, & Literis Apostolicis quibuscumque personis etiam, ut præmittitur, qualificatis, ac Provinciis, Regnis, Civitatibus, Universitatibus, Ecclesiis, Ordinibus etiam Militaribus, etiam Sancti Jo: Hierosolymitani, Congregationibus, Institutis, etiam Soc. Jesu, aliisque locis, & personis quibuslibet, etiam speciali nota, & expressione dignis, etiam motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irritantibus, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis ten. specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Non intendimus autem, per præsentibus tollere declarationes, & causarum terminationes, ac alia, quæ etiam respectu jurisdictionalium tam allo-

alodialium, quam feudaliū, præsertim in ditione temporali Sedis Apostolicæ consistentium, factæ seu facta fuerunt hucusque, vel in futurum sicut judicialiter, vel etiam extrajudicialiter, causa tamen cognita in Romana Curia, per Rotam, vel Cameram, aut etiam per specialiter deputatam, seu deputatum, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, vel a Nobis, seu a Successoribus nostris Congregationem, aut judicem: Nec etiam tollere centenariam præscriptionem concurrentibus de jure requisitis. Nec immemorabilem, nisi in casibus, in quibus per sacros Canones, seu Concilia universalia, vel Constitutiones, Ordinationes, aut dispositiones Apostolicas illa reprobatum, seu illi derogatur, aut alias de jure illa non suffragatur, firma tamen, & illibata remanente Bulla Cœnæ Domini, tam per Nos, & Romanos Pontifices Prædecessores nostros publicata, quam in posterum a Nobis, & Successoribus nostris publicanda, quoad omnia, & singula, quæ in ea continentur.

*Publicari mandatur.*

§.16. Volumus autem, & apostolica auctoritate decernimus, ut eadem præsentibus ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Flore de Urbe per aliquem ex Curatoribus nostris publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, ardeant, & affligant, perinde ac si illorum unicuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

*Datum die 7. Junii 1641. An. XVIII.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 7. Junii 1641. Pont. nostri Anno XVIII.

*Die 14. Augusti, Anno ut supra, Pontificatus decimonono, Supradictæ Literæ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Flore Urbis per me Dominicum Varese S. D. N. Papæ Cursorem &c. Pro Magistro Cursorum Dominicus Mangilius Cur. or.*

DCLXXVII.

Quod Notarii etiam in Archivio Romanæ Curie descripti vacabilia Notariatuum officia non habentes, nulla transumpta Literarum Apostolicarum facere possint, habentes vero, non nisi de Datarum licentia, sub penis hic expressis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Motiva hujus Consilii.*

Um, sicut Nobis innotuit, nonnulli Notarii publici etiam in Archivio Romanæ Curie descripti, vacabilia tamen Notariatuum officia non habentes, literarum apostolicarum tam sub plumbo, quam in forma Brevis, necnon supplicationum a

Nobis, vel ab Officiali ad id deputato signatarum transumpta in vidimus, vel alia forma, etiam quandoque ex simplicibus eorumdem literarum, & supplicationum copiis, literisque ac supplicationibus hujusmodi nondum registratis extrahant, faciant, & publicent, in maximum illorum, qui officia Notariatuum vacabilia, & titulo oneroso possident, aliorumque Cancellariæ, & Secretariæ Apostolicarum Officialium præjudicium, & detrimentum; Hinc est, quod Nos abusus hujusmodi e medio tollere, & ne inde occasio fallitatis præbeatur, pro pastoralis nostræ sollicitudine, providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine;

*Mand. prout in Rubrica.*

§.2. Quod deinceps perpetuis futuris temporibus quicumque Notarii etiam in Archivio Romanæ Curie descripti vacabilia Notariatuum officia non habentes, nulla omnino quorumcumque Literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, necnon supplicationum a Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus nostris, vel ab Officiali ad id a Nobis, & illis respective pro tempore deputato signatarum transumpta; obtinentes vero vacabilia Notariatuum, etiam Curie causarum Camera Apostolicæ, non autem Capitoli officia, transumpta literarum, & supplicationum hujusmodi, non nisi postquam illæ per Officiales ad hoc constitutos registratæ fuerint, sub quingentorum scutorum monetæ, ac falsi, privationisque prædictorum officiorum eo ipso incurrendis penis facere possint, nisi de nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis Datarum licentia in scriptis obtinenda, tenore præsentium statuimus, mandamus, & ordinamus.

*Decretum irritans.*

§.3. Decernentes, præsentibus literas, etiam ex eo quod Notarii prædicti, vel alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, seu ad ea vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quocumque alio, quantumvis magno, & substantiali defectu, aut alias ex quocumque alio capite, causa, occasione, prætextu, & colore, etiam in corpore juris clauso, etiam tali, qui ad effectum validitatis præsentium, necessario exprimi deberet, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu simili concedi, aut sic impetrato, vel concessio quempiam in judicio, vel extra illud se juvare nunquam posse, sed semper easdem præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos ille



concernunt, inviolabiliter observari, sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.4. Quocirca dilecto filio nunc, & pro tempore existenti causarum Curie Camere Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quatenus statim atque presentes nostræ literæ prædictæ præsentatæ illi fuerint, illas solemniter publicet, & publicari faciat, ac in eis contenta quæcumque per se, vel alium, seu alios debite executioni demandet, seu demandari procuret. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque Super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus pia mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis, auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus foret, nostra de non tollendo iure quaesito, ac quibusvis aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias in concontrariis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis gedi mandat.

§.6. Ut autem presentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de his ignorantiam pretendere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem presentes per

aliquem, seu aliquos ex Curforibus nostris ad Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ assignantur, & publicentur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent. Quodque illorum transumptis, etiam impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 20. Julii 1641. Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

Datum die 20. Julii 1641. An. XVIII.

DCLXXVIII.

Declaratio super correctione Constitutionis editæ super præservatione Jurium Sedis Apostolicæ, Jurisdictionisque, Immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Constitutionem, de qua hic fit mentio, lege supra num. DCLXXVII. pag. 289.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. CUM nuper Nos ad præservandum Jura Sedis Apostolicæ, Jurisdictionisque, Immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, ac Ecclesiarum inferiorum, personarumque Ecclesiasticarum a quibuscumque præjudiciis Constitutionem perpetuam ediderimus, sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 5. Junii proxime præteriti, illaque imprimi, & publicari fecerimus die 25. prædicti mensis Junii, Pontificatus nostri Anno Decimo octavo, postea compertum est, aliqua per errorem impressoris, aut fuisse omiſsa, vel addita.

In Constit. de qua in Rubrica per Imperiosum errorem nonnulla fuerant omiſsa.

§.2. Quapropter eandem Constitutionem corrigi iussimus, & pro cautela abundantiori novam minutam dictæ Constitutionis, ut præfertur, correcte subscriptimus sub eadem data, & super minuta hujusmodi literas nostras in eadem forma Brevis sub Annulo Piscatoris expediri, imprimique, & deinde iterum affigi, & publicari per unum ex nostris Curforibus sub die 14. presentis mensis Augusti fecimus.

Eam corrigi & iterum imprimi iussit Pontifex.

§.3. Idcirco motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tenore presentium declaramus, hujusmodi constitutionem correctam, noviter impressam, affixam, & publicatam affectis, & afficere quoscumque; eandemque Constitutionem correctam, non autem priorem fore imposturam perpetuis futuris temporibus

Sic correctam servari præcipit.

ribus attendendam, ac si illa primo edita, impressa, & publicata non fuisset.

Clausulas addit.

§.4. Decernentes presentes literas, etiam si nullibi publicenter, nihilominus valere, ac omnes, & quoscumque Iudices, ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate etiam tunc a die prædictæ date scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Tollitque contraria.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis, quæ in dicta Constitutione volumus non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 16. Augusti 1641. An. XVIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16 Augusti 1641. Pontificatus nostri Anno XIX.

DCLXXIX.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Commissio Ludovico Piccardo, ut visitet Statum Castrensem.

Dilecto filio Ludovico Piccardo Equibino, seu aliter Civitatis, vel Diocesis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilectæ fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Commissio de qua in Rubr.

§.1. Cupientes iustis ex causis animum nostrum moventibus Ducatum, & Statum Castri in Provincia nostra Patrimonii Beati Petri nuncupata consistentem, cuius Nos, & Apostolica Sedes sumus, & directi in temporalibus Domini sumus, visitari, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, Tibi per presentes committimus, & mandamus, ut Civitates Castren., ejusque arcem, & alia fortalitia, ac Terram Montis Alti, & alia quæcumque loca Ducatus, & Status Castri hujusmodi auctoritate nostra visites, & quatenus aliquam, vel aliquas innovationes circa munitiones, & armorum provisionem extraordinariam in illis reperias, tunc omnibus, & singulis Gubernatoribus, Ministris, & Officialibus nomine dilecti filii nobilis viri Oloardi Farnesi nostri, & dictæ Sedis Feudatarii in Statu, & Ducatu hujusmodi Gubernatoribus, & administrantibus, præcipias, illosque, ac Milites, & quoscumque alios, tam indigenas, quam forenses, & quemlibet eorum preceptorie moncas sub capitis, rebellionis, criminis læsæ Majestatis, confiscationis honorum, ac excommunicationis majoris, eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis, ut infra a Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

tres horas; quarum primam pro primo, secundam pro secundo, & tertiam pro tertio, ac ultimo, & peremptorio termino assignabis, incontinenti, quacumque dilatione, excusatione, & tergiversatione remotis, incipiant ipso facto diruere, & demoliri munitiones noviter factas si que sint, & quascumque alias innovationes tolli, & amoveri, militesque, & quoscumque alios officiales bellicos dimitti, & exauctorari, necnon arma, commeatum, & alias quavis provisiones bellicas, inibi retineri non solitas, extra Statum, & Ducatum prædictum exportari, aliaque omnia, & singula quomodolibet innovata revocari, & in pristinum statum restitui faciant; eisdemque militibus, & aliis, etiam forensibus inibi moram trahentibus, sub eisdem poenis, eo ipso incurrendis mandes, & præcipias, ut statim arma deponant, & infra terminum illis a te assignandum, inde recedant, ac ad proprias Patrias, & Domos respective redeant, & cum effectu se conferant.

Facienda: Vi. statuti tr. buta

§.2. Nos enim quo præmissa facilius exequaris, Tibi præceptum, & monitionem hujusmodi, etiam per solam affixionem ad valvas portarum, five Civitatis, five alicujus Terræ, aut loci Ducatus, & Status hujusmodi, seu etiam alicujus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiæ, aut Parochialis in eodem Ducatu, & Statu, vel Civitatibus, & locis ipsi Ducatu, & Statu vicinis existen. faciendi, ita quod præceptum, & monitio hujusmodi sic affixum, seu affixa omnes, & singulos prædictos, ac quoscumque alios cujuscumque qualitatibus, & conditionibus, gradus, status, & dignitatis, etiam ecclesiasticæ, & specialis, & individua mentione dignos afficiant, & arctent, perinde ac si eis, & eorum cuilibet personaliter intimata fuissent, necnon cognoscendi, & procedendi, etiam summarie de plano, sine strepitu, & figura iudicii, ac manu regia, & more militari contra quoscumque prædictos, omnesque alios in executione presentium nominandos omni, & quacumque appellatione, recusatione, reclamacione, nullitatum dictione, in integrum restitutione, recurſu, dilacione, ceterisque juris, & facti remediis ordinariis, & extraordinariis penitus, & omnino reſectis, & remotis. Ac insuper contra quoscumque de omnibus expensis, damnis, & interesse processandi, plenam, & amplam facultatem, & potestatem eorundem tenore presentium concedimus.

Contrariis derogatio.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & aliis decretis, etiam consistorialibus quomodolibet, etiam in infeudatione Civitatis Parmæ per se. re. Paulum Papam III. aliosque prædecessores nostros, ut asseritur, concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si in illis caveatur, contra Ducem Parmæ, pro tempore existentem, nisi ex machinatione in personam propriam Romanam Pontificis procedi non posse. Quibus omnibus, & singulis illorum



tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris ad premissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 16. Augusti 1641. An. XIX.

Datum Romae apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die 16 Augusti 1641. Pontificatus nostri Anno XIX.

Sequitur Commissio eidem Ludovico visitandi Terram Montis Alti.

Dilecto filio Ludovico Piccardo Eugubino, seu alterius Civitatis, vel Diocesis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Cupientes iustis ex causis animum nostrum moventibus Terram Montis Alti in Ducatu, & Statu Castri Provinciae nostrae Patrimonii Beati Petri nuncupatae, cuius Status, & Ducatus Nos, & Apostolica Sedes supremi, & directi in temporalibus Domini sumus visitari, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, Tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut Terram praedictam auctoritate nostra visites, &c. Reliqua ut in praecedenti.

Datum, &c. ut supra (a)

DCLXXX.

Ex Regest. in decret. Breve

Mandatum Gubernatoribus, & Officialibus Ducatus Castri, ut statim ac praesentes literas viderint, recipiant Ludovicum Piccardum cum septem saltem sociis in Civitate Castrensi, ejusque Arce, & Fortalitiis, ut videant, & deseribant milites, & arma.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Mandatum, de quo in Rubr.

§.1. Iustis ex causis animum nostrum moventibus adducti, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine omnibus, & singulis Gubernatoribus, Ministris, & Officialibus tam iustitiae, quam armorum status, & Ducatus Castri, in Provincia nostra Patrimonii B. Petri nuncupata consisten. nomine dilecti filii nobilis viri Odoardi Farnesii nostri, & Sedis Apostolicae in praedicto statu, & Ducatu Feudatarii Gubernatoribus, & administran. Harum serie, sub excommunicationis majoris, rebellionis, criminis laesa

(a) Eadem die ejusdem exempli Literae expeditae quoque fuerunt pro visitanda Urbe Castrensi.

majestatis, & confiscationis bonorum eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis committimus, praecipimus, & mandamus, statim visis presentibus literis, ipsi, & eorum quilibet debeant, & debeat recipere, & admittere dilectum filium Ludovicum Piccardum Eugubinum, seu alterius Civitatis, vel Diocesis, cum sua comitiva saltem septem virorum in Civitate Castrensi, ejusdem status, & Ducatus Castri, ejusque Arce, Fortalitiis, Palatiis, aliisque partibus, & membris, ut videant, recognoscant, & describant quot, & quales milites in ea, & eis retineantur, & sint, ac quae munitiones, sive commeatus, tormenta bellica, & arma, ac victualia in eis depraesenti reperiantur, & quid, circa praemissa, eorumque loca munienda, fuerit in eis, seu aliquo eorum innovatum.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & aliis Decretis, etiam consistorialibus quomodolibet, etiam in infeudatione Civitatis Parmae per fe. re. Paulum Papam II., aliisque Praedecessores nostros, ut asseritur, concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si in illis cavetur contra Ducem Parmae pro tempore existentem, nisi ex machinatione in personam propriam Romani Pontificis, procedi non posse. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die 16. Augusti 1641. Pontificatus nostri Anno Decimonono.

DCLXXXI.

Prohibitio ne Religiosi Praemonstratenses Hispaniae gestent habitum noviter assumptum, nec dimittant praenomen Fratris.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis divinitus injuncti assidua sollicitudo Nos admonet, ut ad ea libenter intendamus, per quae sacrarum Religionum status salubriter dirigatur, ac in sua integritate, & puritate conservetur.

§.1. Cum itaque, sicut Nobis nuper innotuit, in Hispaniarum Regnis Religiosi Ordinis Praemonstratensis, absque Sedis Apostolicae, vel alia legitima licentia antiquum ejusdem Ordinis habitum regularem immutarint, idcirco Nos his, aliisque incommodis, quibus ipse Ordo exinde affici posset, provisionis nostrae ministerio obviam ire cupientes;

§.2. De Venerabilium Fratrum nostrorum

Obstantium derogatio.

Datum die 16. Augusti 1641. An. XIX.

Exordium.

Habitus mutarunt.

S. Congr. hanc causam diligenter vidit, & examinavit.

rum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Praepositorum consilio, quibus hoc negotium cognoscendum commissimus, & qui scripturas, & processum a bonae memoriae Laurentio Episcopo Senogallienensi tunc in eisdem Regnis nostro, & Sedis Apostolicae Nuncio transmissa desuper, necnon alia jura, & scripturas oretenus, & in scriptis, tam pro parte Procuratoris Generalis eorumdem Religiosorum in Romana Curia residentis, mutationem ipsam habitus sustineri petentis, quam pro parte Philippi Bernal dilectorum filiorum ejusdem Ordinis Religiosi mutationem praedictam impugnantis adducta viderunt, & diligenter examinarunt; Non licuisse Religiosis praedictis antiquum sui Ordinis habitum hujusmodi immutare, apostolica auctoritate, tenore praesentium declaramus.

Executores deputat.

§.3. Proindeque Venerabili Fratri Cesari Archiepiscopo Damiatensi moderno in eisdem Regnis nostro, & Sanctae Sedis Nuncio per eandem praesentes committimus, & mandamus, ut statim atque illarum vigore fuerit requisitus, Abbati Generali, seu Praesidenti eorumdem Religiosorum Ordinis hujusmodi in praesentis Regnis, auctoritate nostra praecipiat, & insuper edictum in locis solitis suae Nunciaturae, & ad valvas Monasteriorum, seu Conventuum dicti Ordinis affigendum promulget, ut infra mensum, a die intimationis praecipit, & affixionis Edicti hujusmodi computandum, tam ipse Abbas Generalis, seu Praesidens, quam ceteri omnes, & singuli ejusdem Ordinis dilectorum Regnorum Religiosi professi debeant, & quilibet eorum debeat reassumere antiquum habitum ipsius Ordinis, idest tunicam albam cum caputio magno capiti imponendo: scapularium item regulare album, & cappam cum multiplicis, similiter albam supra caputium, juxta formam, quae eidem Cesari Nuncio per literas impressam transmittitur.

Terminum assignat ad habitum dependendum.

Fratris praenomen reassumere debent.

§.4. Fratris insuper praenomen reassumere, & pileo nigro extra Conventum, uti, prout solebant antequam habitus praedicti mutationem facerent, atque hanc habitus formam continuo retinere, quam sine expressa eorumdem Cardinalium, seu Sanctae Sedis licentia nullatenus immutare valeant, sub excommunicationis latae sententiae, necnon privationis vocis activae, & passivae, poenis eisdem Cardinalibus reservatis, in actu contraventionis, ipso facto incurrendis, ad quarum poenarum declarationem ab eodem Cesare Nuncio, contra inobservantes, & praemissis non parentes absque alia dilatione omnino deveniri.

Clausulam sub latam addit.

§.5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis praedictae Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, vel interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis Bull. Rom. Tom. V. h. Par. II.

auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, ac tenore praedictis decernimus.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria auct.

Exemplis crediti imperat.

§.7. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum die 19. Augusti 1641. An. XIX.

Datum Romae apud S. Mariam Majorum, sub Annulo Piscatoris, die 19. Augusti 1641. Pontificatus nostri Anno XIX.

DCLXXXII.

Quod Commissarii Generalis Indiarum Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiae S. Francisci non possint dispensare in Constitutionibus generalibus Ordinis.

Ne jam indicata otiose repetam vide in Consist. Alias a Nobis, ut supra.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut, dilectus filius Gaspar Sanchez Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Lector Jubilatus, & in Romana Curia Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, licet in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime in Alma Urbe nostra celebrato declaratum fuerit, omnem, & quamlibet potestatem, quae in Ministro Generali reperitur ad dispensandum in statutis generalibus, totam ipsi provenire a Capitulo Generali, unde quoties ab eodem Capitulo Generali decreto irritante prohibetur, ne in aliquo statuto concedatur absolute dispensatio, aut conditiones ad dispensandum requisitas non observat, ejusdem dispensatio ipso facto irrita evadit: nihilominus praemissis non obstantibus Commissarii Generales Indiarum Ordinis hujusmodi in suis Definitoriis sub praesentia Ministri Generalis potestate, in Constitutionibus Generalibus quandoque absque totius Definitorii consensu dispensent, ex quo maxima regularis Observantiae relaxatio oritur, frequentesque abusus in eodem ordine introducuntur. Nobis propterea dictus Gaspar

Supplicatio.